



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmmæ Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...**

**Guilelmus <Peraldus>**

**Lvgdvni, 1585**

De peccato bilinguim & de his quæ deberent hominem cohibere ab hoc peccato. Cap. XIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46161](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46161)

*De peccato bilinguism & de his qua deberet hominem cohibere  
ab hoc peccato. CAP. LXI. DE.*

**S**equitur de peccato bilinguism. Bilingues autem dicuntur, qui mala loquuntur de hominibus in absentia, & bona in presentia: vel qui præcedunt quod bona intentione dicant, vel causa ioci illud quod proferunt, cum mala habeant intentione. ¶ A quo peccato primo deberet homines cohibere hoc, quod multum displicet Deo. Vnde Prouerb. 8. dicit sapientia increata, quæ est filius Dei: Arrogantiã & superbiã, & vitam prauã, & os bilingue detestor: Nec mirũ si Deus detestatur os bilingue, cum monstrum sit Nullum animal bilingue inuenitur, excepto serpente, qui bilinguis est, iuxta vulgi opinionem, quia propter velocem motum linguæ sic apparet. ¶ Secundo deberet cohibere homines à peccato hoc, quod valde nociuum est proximo. Vnde Prou. 18. Verba bilinguis quasi simplicia, & ipsa perueniunt vsque ad inferiora ventris: id est, ad interiora mentis. Dicuntur autem verba bilinguis quasi simplicia, quia sub prætextu ioci vel bonæ intentionis ea dicit, tamen cor audientis multum lædunt. vnde de ipsis potest intelligi illud Ps. Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula. ¶ Tertio deberet cohibere homines à peccato hoc, quod multum nocet proprio subiecto. ¶ Primo quia ponit illud in magno periculo: si enim est in magno periculo qui vnicam linguam habet, in quanto periculo est ille, qui bilinguis est: vix sufficit aliquis vnicam linguam regere. ¶ Secundo nocet: quia ponit hominem in opprobrio & fama mala. vnde Ec. 5. Denotatio pessima super bilinguem. Denotatio est digiti ostensio confusione plena. Item Ecc. 6. Improperium & bilinguis. ¶ Tertio nocet, quia hominem reddit maledictum. Vnde Ec. 18. Sufurro & bilinguis maledictus. Multos enim turbauit pacem habentes. Bilingues sunt pseudo apostoli variis linguis loquentes: A peccato verò isto præcipue cauendum est illis qui legem Dei habent alios docere. vnde i. Timo. 3. Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo &c.

*De peccato amantium rumeres. CAP. LXV.*

**A**B hoc peccato præcipue caueat claustrales. vnde Ber. rumeres in claustro enumerat inter x. abusiones claustri. Duodecim vero abusiones claustri hæc sunt. Prælati negligēs, discipuli inobediēs, iuuenis otiosus, senex obstinatus, monachus curialis, religiosus cauidio, pānus pretiosus, cib⁹ exquisit⁹, rumor in claustro, lis in capitulo, dissolutio in choro, irreuerentiã circa altare. De